ru&ir regis uestigiis inherentes. haec de causa hodie gra
tulemur quia crucis beneficius memoramur; Sic & pau
lus praecepit propter crucem festiuitatem celebrari;
pascha nostrum immolatus est xps; Diem itaque festu
celebremus non in fermento ueteri neque in fermen
to malitiae & nequitiae sed in azymis sinceritatis & ue
ritatis; & sic adiunxit causam quia pascha nostrum p
nobis immolatus est xps; uides crucis intuitu praecep
tam laetitiam. in cruce enim immolatus est xps. & ubi
immolatio amputatio peccatorum; ubi amputatio pecca
torum reconciliatio dni; ubi reconciliatio dni ibi fes
tiuitas & omnis gratulatio; pascha nostrum pro nobis im
molatus est xps; & immolatus in excelsa cruce nouum
altare constitutum est; quia & sacrificium nouum adque
omnibus inopinatum; nam ipse & sacrificium fuerat
& sacerdos. Sacrificium secundum carnem sacerdos
secundum spm excitatur; Idem ipse & offerebat & offere
batur. offerebat secundum spm offerebatur secundu
carnem; & audi quemadmodum paulus utrumque
monstrauit. omnis inquit pontifex qui de hominib;
accipitur pro omnibus statuitur; unde necessarium est
istum habere aliquod quod offerat sacramentum
ecce ipse se offert; & alibi ait quia xps semel oblatus
multorum abstulit peccata; Ecce hic ubi oblatus est ibi se
obtulit; uides quemadmodum fuit & sacrificium & sa
cerdos & altare crux fuit; & quare inquies non in tem
plo sacrificium illud offerebatur sed foras ciuitate.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0103